

## 1983-09-27- SS Ioannes Paulus II - Oratio 'Allocutio Consistorialis'

ALLOCUTIO IOANNIS PAULI PP. II CONSISTORIALIS  
Die XXVII mensis Septembris, anno Domini MCMLXXXIII

Magno cum gaudio vos, dilectissimi Patres Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, necnon vos, Praesules et Praelati e Romana Curia, hodie intueor, qui ad hoc Sacrum Consistorium celebrandum convenistis. Sollemnis hic coetus iterum Anno Iubilaeo Redemptionis humanae volvente agitur, in quo - ut in eius indictione scripsi - "conspicua inest indoles pastoralis . . . eo quod dispensatio sacramentalis Ecclesiae rursus detegitur et in vitae usu exercetur, per quam gratia Dei in Christo ad singulos et ad communitatem dimanat" (IOANNIS PAULI PP. II Aperite Portas Redemptori , 3). Qua in re summum habet momentum sacramentum Paenitentiae, quo Christifideles "veniam offensionis Deo illatae ab Eius misericordia obtinent et simul reconciliantur cum Ecclesia, quam peccando vulneraverunt" (Lumen Gentium, 11). Peroportune quidem accidit ut intra biduum initium fiat Synodi Episcoporum, cui hoc argumentum erit discutiendum: "De reconciliatione et paenitentia in missione Ecclesiae". Feliciter pariter continget ut inter eandem Synodum sacramenti Paenitentiae studiosissimus dispensator, Leopoldus Mandi, toti Ecclesiae - quemadmodum praevidetur - ut fulgens exemplum proponatur.

Notum est vobis quam difficilia sint tempora, quibus vitam transigamus, et quam gravia pericula paci inter gentes impendeant. Profecto nunc maxime necesse est animi ad Deum convertantur ut ipse "misereatur super turbam" (Marc. 8, 2) et mala, quae homines eius leges violando merentur, benigne avertat.

Non dubito quin vos, qui estis cooperatores et adiutores mei in universali Ecclesia gubernanda, pro viribus annitami ut proposita Anni Iubilaei ad effectum deducantur, atque sollicitudines et preces meas de pace servanda impense participetis.

In hoc vero Sacro Consistorio potissimum pertractandae sunt causae canonizationis sat multorum Beatorum: Laurentii Imbert; Simeonis Berneux; Andreae Kim et Centum Sociorum Martyrum in Corea; Leopoldi Mandi, Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, quem iam memoravi; Paulae Frassinetti, Fundatricis Sororum a Sancta Dorothea, Virginis.

Antequam autem ad has causas expendendas procedatur, statutus rerum ordo postulat ut nonnullis Ecclesiis vacantibus provideatur et nuntius detur de iis, quibus iam est provisum.

Segue, quindi, l'annuncio delle nomine avvenute dall'ultimo Concistoro del 2 febbraio 1983. Nel suddetto periodo, come ricorda il Santo Padre, sono state provviste 152 Chiese, delle quali: 17 Metropolitane, 6 Arcivescovili residenziali, 2 Arcivescovili titolari, 81 Vescovili residenziali, 43 Vescovili titolari e una Abbazia "nullius".

L'Augusto Pontefice, infine, annunzia di aver dato il suo assenso alle elezioni fatte canonicamente nei Sinodi episcopali Greco, Melchita, Cattolico, dei Siri e degli Armeni.

Successivamente l'Eminentissimo Cardinale Pietro Palazzini, Prefetto della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi, tiene la relazione sulla situazione delle cause di canonizzazione dei Beati: Lorenzo Imbert, Simone Berneux, Andrea Kim e i 100 loro Compagni Martiri Coreani; Leopoldo Mandi e Paola Frassinetti.

Il Santo Padre chiede quindi il voto dei Cardinali:

Libenter audivi ea quae Petrus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Palazzini de propositis causis egregie dixit.

Est autem huius rei momentum eiusmodi ut sententia vestra - quemadmodum modo nomine meo est significatum - de iisdem causis mihi exquirenda esse videatur.

Alla relazione fa seguito la votazione da parte dei Signori Cardinali.

Terminato il Concistoro segreto, il Santo Padre e gli Eminentissimi Cardinali si trasferiscono nella Sala Clementina per la celebrazione del Concistoro unico, alla presenza degli Arcivescovi, dei Vescovi e degli Abati.

Questo inizia con la cerimonia della postulazione dei sacri Palli, fatta da due Avvocati concistoriali, Luigi Spagnoletti e Leopoldo Jacobelli.

Per le seguenti Chiese:

**PERSONALMENTE**

Chiese Metropolitane

Acapulco: S. E. R. Monsignor Rafael Bello Ruiz.

San Salvador: S. E. R. Monsignor Arturo Rivera Damas.

Cartagena in Colombia: S. E. R. Monsignor Carlos José Ruiseco Vieira.

**PER PROCURA**

Chiese Metropolitane

Semerang: S. E. R. Monsignor Giulio Riyadi Darmaatmadjia - Procuratore: Rev.do P. Francisco Egana, Procuratore generale della Compagnia di Gesù.

Juba: S. E. R. Monsignor Paolino Lukudu - Procuratore: Rev.do P. Domenico Ghirotto, Procuratore generale dei Missionari Comboniani.

Santiago de Chile: S. E. R. Monsignor Juan Francisco Fresno Larrain - Procuratore: Rev.do Fred Voorhes, Ufficiale della Sacra Congregazione per i Vescovi.

La Serena: S. E. R. Monsignor Bernardino Pinera Carvallo - Procuratore: Rev.do Elorian Pitschl, Ufficiale della Sacra Congregazione per i Vescovi.

Kuala Lumpur: S. E. R. Monsignor Antonio Sotero Hernandez - Procuratore: Rev.do Monsignor Charles Burton Mouton, Minutante della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.

Terminate le postulazioni, il Santo Padre domanda all'Eminentissimo Opilio Rossi, Cardinale Proto Diacono, di procedere, nella mattinata del giorno seguente, alla consegna dei sacri Palli.

Il Concistoro prosegue con la perorazione del Decano degli Avvocati del Sacro Concistoro, Pio Ciprotti, per le cause di canonizzazione, cui segue, a nome del Santo Padre, la risposta di un Prelato della Segreteria di Stato, il quale fa presente che le cause sono state ampiamente discusse e se ne può quindi fissare la data di canonizzazione.

Il Santo Padre richiede quindi, con una breve allocuzione, i voti per le canonizzazioni, cui segue la votazione da parte dei Cardinali e dei Prelati.

Al termine della votazione Sua Santità ha espressioni di compiacimento per il consenso manifestato dai presenti e fissa per il 16 ottobre p. v. la canonizzazione del Beato Leopoldo Mandi, riservandosi di stabilire a suo tempo la data per le altre due canonizzazioni.

Valde laetor quod omnium sententiis postulatur ut his Beatis honores Sanctorum Caelitum decernantur. Quapropter non discedendum arbitror a iudiciis peritorum membrorumque Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, quippe quae vero et iusto fundamento videantur inniti.

Itaque hos Beatos dignos censeo qui in Sanctorum album referantur. Quod quidem sollemni ritu praestabo proxime Beato Leopoldo Mandi die XVI mensis Octobris in Basilica Vaticana vel in area ante eam patente. Reliquis vero Beatis eosdem honores opportuno tempore tribuam.

Vos autem supplices preces Deo adhibere ne intermittatis ut, quod decrevi, conferat ad catholicae Ecclesiae incrementum et Populum Dei ad virtutes horum Caelitum imitandas vehementer accendat.

La cerimonia si chiude con la Benedizione Apostolica che il Santo Padre imparte ai presenti.